



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Continens Doctissimas Sþper Varios Veteris Testamenti Libros
Quæstiones, Et Commentaria In Psalmos Davidis - Vna Cvm Vocabvlorvm
Psalterii Expositione: De Templo Salomonis, Et Sex Dierum Creatione:
Commentarivm Item In Boethii Librvm De Sanctissima Trinitate, Aliosqve
Piissimos Tractatvs De ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Quæstiones super Deuteronomium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72069](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-72069)

VENERABILIS BEDA
PRESBYTERI, QUÆSTIONVM
SUPER DEUTERONOMIUM
ex dictis Patrum, Dialogus.

DISCIPULVS.



DEUTERONOMIUM juxta fidem
historie quæ scribit?

MAGISTER. In Deuteronomio
namque, quæ est secunda lex, narran-
tia ea, quæ in Pharan, & Obet, La-
ban, & Aseroth usque Cades baine-
fuerunt populo dicta à Moysi, man-
data videlicet atque promissa, maledi-
ctiones peccatorum, promissiones beatitudinis. Ibi
canit canticum Moysi, ibi dat benedictionem filii Is-
rael: ibique terra reprobationis conspecta moritur, atque
sepelitur. Nonnulli autem Hebraeorum quatuor tantum
libros computant, id est, Genesim, Exodum, Leviticum,
five Numerorum: Deuteronomium autem repetitionem
eorumdem librorum, & quasi quedam legis meditato-
rium dicunt: ea duntaxat ratione, pro eo quod illa qua-
tuor proprias rerum gestarum continet causas, ite vero o-
mnium.

CAPUT I.

*Quid significet quod undecim diebus Deuteronomium
manu scribitur.*

Liber Deuteronomii repetitio est præcedentium qua-
tuor librorum legis. Nam dum illi in se proprias con-
tineant causas, ille tamen replicat omnium: habet autem
& ipsæ propriæ innumerâ sacramenta, ex quibus parva pro
exercito lectoris studio memoranda innexi. Deuteronomi-
um autem secunda legislatio dicitur: quod significat
Evangelium, in cuius principio notandum est, quid indi-
cet quod undecim diebus Deuteronomium a Moysi scri-
bitur: nisi ad significantum Judaicæ plebis lapsum in E-
vangelio per transgressionem Decalogi mandatorum.

CAPUT II.

De quadraginta annis laboriosè peralit à filiis Israel.

Quid autem significaverint xl. anni, quibus laboriose
peralit filii Israel ad reprobationis terram transfe-
runtur. Per hos quippe quadraginta annos totum seculum, tempus
significatur: in quo vivit Ecclesia iub laboribus &
periculis temptationibus, sperando quæ non videt per patien-
tiem, quo uice ad promissam æternam felicitatem per-
veniat patriam. Ideo & Dominus quadraginta diebus je-
junavit, & quadraginta noctibus, tentatus est in eremo.
corpus enim ejus, quod est Ecclesia, neceile est tentatio-
nes laboresque patiarum in hoc seculo, quo ad uicem ve-
niat illud tempus, ubi post tentationes suscipiant consolationes.
Porro quod velitis Israel per tot annos in eremo
nulla vetustate corrupta est, & morticina pellis calce-
mentorum tamdiu sine labe duravit: potest figurare figu-
ram incorruptibilitatis corporum, ubi ea quæ corruptibili-
tia sunt, sine corruptione permanebunt.

CAPUT III.

De non plantando ligno juxta altare Dei.

Non plantabis omne lignum juxta altare Dei, ne plantes ne-
mus in terra: dicitur quippe ne nemus plantetur in
templo. Nemus frondentes arbores & iuueniles sunt,
solammodo ad delectationem viris plantata. Tales sunt
& genitiles, qui rationem suam verborum decore compo-
nunt, & non convertunt se à vitiis; sed delectant, atque

illiusmodi seductione persuadent. Nos autem secundum
præceptum Dei, iuxta altare Dei nemus non plantamus, si
circa dominicam fidem, nihil in verbis infructuosum, ni-
hil audiens secularis illecebrosum componimus: sed
sola puritate veritatis scientiam prædicationis tenemus.
Hoc nemus in prædicatione sapientia plantare vitabat. Ap-
postolus cum dicebat: *Loquimur non in doctis humanæ sapien-
tiae verbis, sed in doctrina spiritus & virtutis.*

CAPUT IV.

De auferendo præputia ligni pomiferi.

Quando ingressi fueritis in terram, & plantaveritis in ea li-
gna pomifera, auferitis præputia eorum: ponoruntque ger-
minis immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Ligna quippe
pomifera, sunt opera virtutibus fecunda: præputia itaque
lignorum auferimus, cum de ipsa inchoationis infirmitate
suspecti, primordia operum nostrorum non approbamus.
Poma autem quæ germinant immunda existimenus, no-
strisque cibis non aptamus: quia cum primordia boni lau-
dantur operis, dignum est, ut hoc animum non perfici o-
perantur, ne dum accepta laus suaviter carpitur, fructus
boni operis intempestivè comedatur.

CAPUT V.

*De non arando in primogenito bovis, & non tondenda
primogenita ovium.*

Non operaberis in primogenito bovis, & non tondendas primo-
genita ovium. In primogenito quippe bovis operari,
est bona conversationis primordia in exercitio publicæ
actionis ostendere. Oviuum quoque primogenito cedere,
est ab occultationis sua tegmina humanae oculis incho-
auta bona nostra denudare. In primogenito ergo bovis o-
perari prohibemur, atque a primogenitis ovium deton-
dendi compescimur. Quia & si quid robustum incipiimus
exercere, hoc in apero circuitu non debemus ostendere: sed
cum vita nostra simplex, quicquid innocuum inchoat, ut
dignum est in letetri sui velutina non derelinquit, nec
hoc humanis oculis, quibz subduco vellere ostendat. Ad
sola ergo divina sacrificia boum primogenita ovium pro-
ficiant, utli quid forte innocuum incipiimus, hoc ad hono-
rem inimihi judicis in aro cordis immolemus. Quod ab illo
procul dubio tanto libenter accipitur, quante & ab
hominiis occultatum, nullo laudis appetitu maculatur.
Sæpe autem conversationis primordia adhuc carnali sunt
vitæ commixta: & idcirco innocentem circuitus non debent,
ne cum laudentur bona quæ placent, deceptus laude sua
animus reprehendere in eis nequeat inala quæ latent.

CAPUT VI.

De non arando in bove & asino simul.

Non arabis in bove & asino simul. In bovis nomine popu-
lus, ex circumfione positus sub jugo legis accipi-
tur: in alio autem populus gentium, pertinens ad Evan-
gelium. In bove quippe simul & asino arat, qui sic recipit
Evangelium, ut Iudaicarum superstitionum, quæ in um-
bra & imagine præcelerunt, ceremonias non relinquat.
Item non in unquam in bove bene operantium vita, in af-
ficio stultorum recordia designatur. Quid est ergo, Non arabi-
bis in bove simul & asino, ac si diceret: Fatuum sapientiæ in
prædicatione non sories, ne per eum qui rem implere non
valet, & illi qui prævalent obſitata. Bovem quippe & asinum
si necesse sit, unusquisque sine detimento operis jun-
git: sapientem verò & stultum, non ut unus præcipiat, &
alter obtemperet: sed ut pariter æquali potestate adun-
ciant verbum Dei, non sine scandalo quicquid comites fiant.

CAPUT VII.

De non alligando os bovis triturantia.

Non alligabis os bovi trituranti. Dicatum est, quod in bovis nomine vita uniuscujusque operantis exprimitur. Dicit quodam in loco Apostolus Paulus, reprehendens & dolens, quod nemo illi communicaverit in ratione dati & accepti, nisi quod aliud in loco quædam aperte exposuit dicens: *Si nos vobis spiritalia seminarimus, magnum est ut carnalia vestra metamus.* Hoc significat, non alligabis os bovi trituranti. Unde & idem Apostolus alio loco dicit: *Dignus operarius est mercede sua.* Vult ergo Scriptura doctribus praefare carnalia, à quibus spiritalia consequuntur, quia qui prædicatores occupavit doctrina, necessaria sibi providerere non posse.

CAPUT VIII.

De non coquendo badum in latte matris sue.

Non cogues hædum in latte matris sue. Hædus hic sub peccatoris figura introducitur. Proinde peccans non est coquendus in latte matris, id est, non est purgandus mediocribus tenerrimisque Ecclesiæ disciplinis: sed austerioribus præceptis ejus sunt excoquenda peccata, cuius magna sunt crimina, ut qui per lasciviz blandimenta se perdidit, fortiori disciplina se fedimat.

CAPUT IX.

De non inducenda repte ex lana & lino contexta.

Non indues vestem ex lana linoque contextam. Per lanam quippe simplicitas, per linum vero subtilitas desligatur. Et nimis vestis qua ex lino lanoque conficitur, linum interius calat, in superficie lanam demonstrat. Vestem ergo ex lana linoque contextam induit, & qui sub locutione innocentia, intus subtilitatem calat malitia. Hoc secundum moralem sensum, ceterum iuxta altam allegoriam lineis vestibus miseri lanam vel purpuram prohibetur: id est, inordinate vivere: & diversis generibus professionis velle miseri, ut vel sanctimonialis habeat ornamentum ruptiarum, aut ea qua se non continens nuptil, speciem virginitatis gerat. omnimodo hoc peccatum est. Et si quid inconvenienter ex diverso genere vel religione in vita cuiusque contextur, verum illud tunc figurabatur in vestibus, quod nunc declaratur in moribus.

CAPUT X.

De non accipiendo loco pignoris superiorem aut inferiorem molam:

Non accipias loco pignoris superiorem aut inferiorem molam. Accipere aliquando dicimus auferre. Unde & aves ille qua rapendi sunt avida, accipites vocantur. Unde & Paulus Apostolus dicit: *Sustinetis enim si quis devorat, si quis accipit, ac si diceret: Si quis rapit.* Pignus vero debitoris, est confessio peccatoris, a debitore enim pignus accipitur, cum a peccatore jam confessio peccati teneatur. Superior autem & inferior mola, est spes & timor. Spes quippe ad alta subvehit, timor autem cor inferior premitt. Sed mola superior & inferior ita sibi necessario junguntur, ut una linea altera inutiliter habeatur: in peccatoris itaque mente incessanter debet spes & formido conjungi, qui penitentia in callum misericordiam sperat, si non etiam iustitiam pertineat: in callum iustitiam inerat, si non etiam in misericordiam confidit. Loco igitur pignoris mola superior tolli prohibetur: quia qui prædicat peccatori tanta dispensatione componere prædicationem debet, ut nec derelicta spes timorem subtrahat, nec subtracta spes in solo

eum timore derelinquit. Tollit enim superiorem molam, si flem peccatori dicat. Non habebis veniam de commissis. Tollit inferiorem, si peccantem deceptione palpet, ac dicat: *Age mala in quantum vis absque meru;* nam Deus pius est, & ad indulgentiam paratus: sed utiliter tunc mola utraque habetur, si & spes sit commodata formidine, & formido fuerit cum spe.

CAPUT XI.

De non abominando Ægyptium.

Non abominaberis Ægyptium, quia fuisti incola in terra e-
jus, quamvis enim mundo renunciantes Ægyptiam terram, id est, præfissam seculi conversationem vel concupiscentiam declinemus: tamen dum præsentis seculi necessitatibus subdimur, quasi Ægyptiam nationem nequam extinguius: & licet ab ipsa discretione separarum, non de superfluis cogitantes, sed simus secundum Apostolum vestu quotidiano indumento contenti. Hoc enim signaller mandabatur in lege, *Non abominaberis Ægyptum.*

CAPUT XII.

De non habenda in sacculo diversa pondera.

Non habebis in sacculo diversa pondera maius & minus: non erit in domo tua modius major & minor. Pondus habebis jum-
sum & verum, & modius equalis, & verus erit tibi, ut multo vi-
rus tempore super terram. Hoc & idem legislator etiam in Levitico interdict, Salomon quoque parent super hoc sententiam numeri proterente: *Pondus magnum & pusillum,*
& mensura duplices, immunda sunt utraque ante Deum: & qui facit ea, adinventionibus suis compedietur. Proinde non folium illo corporali, sed etiam spiritali modo studendum est nobis, ut nec diversa pondera in cordibus nostris, nec in domo conscientie nostræ mensuras duplices habeamus, id est, ne ipsi ea qua strictiori regula moluntur, remissiore indulgentia præsumentes eos, quibus verbum Domini prædicamus, districtoribus præceptis & gravioribus, quam ipsi perferre possumus, ponderibus obtinamus. Quod cum facimus, quali diverso pondere atque mensura præceptorum Domini mercedem trugemque vel appendimus vel medirum. Si enim aliter ea nobis, aliter nostris fratribus dispensemus, recte increpamus a Domino, eo quod iteras diversas, aut mensuras duplices habeamus: secundum illam tentationem Salomonis, qua dicitur: *Abominatio est Dominus pondus duplex & clatera dolosa, non est bonum in conspectu eius.*

CAPUT XIII.

De trium testimonio validitu.

Non stabit adversus alterum unus testis, sed in ore duorum aut trium testimoniū stabit omne verbum. Licer historialiter haec sit divina servanda sententia, tamen & cum contra quoslibet impios vel hereticos agimus, necesse nobis est Scripturas sanctas in testimonium vocare. Sentis quippe nostri, & attestatio sine his testibus non habent fidem. Unde magis convenit ad probacionem, & ad firmatum verbum intellectus mei exhibeo duos testes, novum & verus testamentum: exhibeo etiam & tres, Evangelium, Prophetam, Apostolum. *Sic que stabit omne verbum.*

CAPUT XIV.

De uxore fratri accipienda.

Illud vero quod uxorem fratri ad hoc frater iussus est adducere, & non sibi, sed illi sobolem suscitaret,

ejusque

ejusque vocaret nomine, quod inde eidem nascetur: quid aliud in figura præmonstrat, nisi quia unusquisque Evangelii prædicator ita debet in Ecclesia laborare, ut defuncto fratri, hoc est, Christo suscitet *temerem*: quia pro nobis mortuus est, & quod suscitatum fuerit ejus nomen accipiat. Denique hoc impletus Apostolus non carnaliter in præmissa significacione, sed spiritualiter in completa veritate, quos in Christo Jesu per Evangelium se commemorat genuisse, suscitans eos, & increpans corrigit, volentes esse Pauli. *Nunquid Paulus*, inquit, *pro robu crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizari est?* tanquam diceret. Defuncto fratri vos genui, Christiani vocamini, non Pauliani: at verò qui electus ab Ecclesia ministerium Evangelizandi renuerit, ab ipsa Ecclesia merito dignus contemnitur, hoc enim quod in eius faciem iubetur expuere, non sicut signo hujus opprobrii, ut calceamentum pedis unius exuatur, ne sit in eorum forte, quibus ipse Apostolus ait: *Et calceati pedes in preparatione Evangelii pacis.* Et de quibus commemorat per Prophetam: *Quām speciosi pedes eorum qui annunciant pacem, qui annunciant bona?* Qui enim sic Evangelicam fidem tenet, ut & sibi possit & Ecclesia profide, & renuit, bene intelligitur utroque pede calceatus. Qui autem sibi putat ideo, quia credit, satis esse consultum, curam verò lucrandorum aliorum refutat, quasi unius pedis calceamentum cum dedecore amittit.

C A P U T X V.

De formidoloso & pavido, ut non ingrediatur ad bellum.

Homo formidolosus & corde pavido non egredietur ad bellum. *Vadat & revertatur in domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum.* sicut & ipse timore perturbat. Quibus verbis edocet non posse quenquam professionem contemplationis vel spiritualis militiae aripera exercitium, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimescant, ne rursus ad infirmitatem mentis reverterentur, siue exemplo alios ab Evangelica perfectione revovent, & infideliter in erroris firmant. Jubent itaque tales ut difcedentes a pugna, revertantur in domum suam: quia non potest duplice corde bella Domini prailiar. Vir enim duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Tales quippe oportet, ut ne iniuriam quidem renunciacionis arripiunt, quibus melius est, ut in activa vita constellant, quam trepidè contemplationem lequentes, majori discrimatione metiopis involvant. Melius est enim non vovere, quam vovere, & non reddere. Similiter & ille à talim militia prohibetur, qui uxorem duxerit: qui plantaverit vineam, velut propagines filiorum. Non enim potest servire divina militia servus uxoris. Sicut illud Apologeticum: *Quis cum uxore est sollicitus est quomodo placeat uxori, & divisus est:* nec potest esse quis in studio contemplationis, qui adhuc in delectatione defigitur carnis. *Nemo*, inquit Apostolus, *militans Deo, implicatus est negotiis secularibus, ut eriplaceat cui se probavit.*

C A P U T X VI.

De interemptione septem gentium, quas Dominus tradidit Israeli.

Cum introducerit te Dominus Deus tuus in terram quam possessurus ingredieris, & deleverit gentes multas eoram te. Erbeuni, Gerzeum, & Amorreum, & Cananeum, & Pherezum, & Eueum, & Iebuseum: septem gentes multo maiores numero, quam tu es, & robustiores, tradideritque eos tibi Dominus, percutes eos usque ad intermissionem. Septem ita gentes, septem sunt principia virtutum, quae per gratiam Dei uniusquisque spiritualis miles exuperans exterminare penitus admonetur. Quod vero majoris numeri dicuntur esse, haec ratio est: quia plura sunt virtus quam virtutes. Sed ideo in catalogo quidem dinumerantur septem nationes: in expugnatione verò eorum sine numeri ascriptione ponuntur. Ita enim dicitur, *Et deleverit gentes multas eoram te.* Numerosior est enim quam Israel carnalium passionum po-

pulus, qui de hoc septenario fomite vitiorum ac radice procedit. De gastrimargia namque nascuntur commissationes, ebrietates, de fornicatione, turpiloqua, scurilitas, ludibria atque stultiloquia. De phalaryia, mendacium, iraudulatio, furta, perjuria, turpis luci appetitus, falsa testimonio, violencia, inhumanitas ac rapacitas. De ira, homicidia, clamor & indignatio. De tristitia, rancor, pusillanimitas, amaritudine, desperatio. De acedia, otiositas, somnolentia, importunitas, inquietudo, pervagatio, instabilitas mentis & corporis, verbofusitas & curiositas. De cedo- doxia, contentiones, hærefes, jaflantia ac presumptio no- vitatum. De superbia, contemptus, invidia, inobedientia, blasphemia, murmuratio, detractio, aliaque quam plura similia: que cum sint multo maiores numero quam virtutes, devictis tamen illis septem principalibus virtutis, ex quorum natura ista procedunt, omnes pictiinus conque- scunt, ac perpetua pariter cum his intermissione defentur. Quod autem haec peccata etiam robustiores sunt, manifesta natura e ipsis impugnatione sentimus, fortius enim mili- tat in membris nostris oblectatio carnalium passionum, quam studia virtutum: quæ non nisi summa contritione cordis & corporis acquiuntur. Quod vero istarum perni- ciösarum gentium regiones salubriter possidere prece- imur, ita intelligitur: Habet enim unumquodque virtutum in corde nostro propriam stationem: sed si cum spiritualibus populis, id est, virtutibus contra se dimicantibus fuerint virtus separata, locum quem sibi in corde nostro concipi- scientia vel fornicationis spiritus retinebat, deinceps ca- stitas obtinebit: quem futor ceperat, patientia vindicabit: quem tristitia morte operante occupaverat, incipiat ex- cludere fortitudi fatalaris, & plena gaudii letitia possi- debit: quem acedia vastabat, incipit excolare humilitas. Et ita singulis virtutis expulsis eorum loca, id est, effectus contraria possidebunt filii Israhel, id est, anima videntes Deum.

C A P U T X VII.

Quod cum Abraham de futuris Dominus loqueretur, non septem, sed decem legitus gentes dinumerantur.

Illud vero quod cum Abraham de futuris Dominus lo- queretur, non septem gentes legitur dinumerarie, sed decem, quarum terua feminis eius danda promittitur, qui numerus adjecta idololatria gentium, blasphemia Judæorum, errore hæreticorum evidentissime adimpletur. Quibus ante notitiam Dei, & gratiam baptismi, vel impia gentium, vel blasphemia Judæorum multitudine subiecta est, donec intellectuali Ägypto commoratur. Si autem abrenuncians quis egrebus exinde per Dei gratiam ad e- remum pervenerit spiritalem, de impugnatione trium gentium liberatis, contra septem tantum, quæ per Moy- ten dinumerantur, bella suscipiat.

C A P U T X VIII.

de muliere capta in bello.

Si, inquit, exieris ad bellum contra inimicos tuos, & videris mulierem decoram specie, & concupisces eam, rade onnes pilos capitum ejus, & unguis eius, & indues eam lugubribus indumentis, & sedebit in domo lugens patrem suum & matrem suam, & dominum paternum suum, & post XXX dies erit sibi uxor. Dicant Judæi, quomodo apud eos ista serventur. Quid causa, quid rationis est, decalvare mulierem, & unguis ejus abscindendi, verbi cauta ponamus. Quod si ita invenierit eam is, qui dicitur invenire, ut neque capillos neque unguis habeat. Qui habuit quod secundum legem demere vide- retur, nobis vero quibus militia spiritualis est, & arma non carnalia, sed potenti à Deo. Si decoram mulierem, id est,

animam, quæ à Deo pulchra est creata, in gentili conversatione invenerimus, & sociari voluerimus eam corpori Christi, deposito idololatriæ cultu, induitur fugubibus penitentia indumentis, deploratque patrem & matrem: hoc est, omnem memoriam mundi, ejusque carnales illecebras. Deinde verbi Dei novacula & doctrina omne peccatum infidelitatis ejus, quod mortuum & inane est, abdatur. Hoc enim sunt capilli capitis, & ungulæ mulieris: atque ita demum salutaris lavaci unda purificata jungitur sanctis Dei, scilicet cum iam nihil in capite mortuum, nihil in manibus ex illis quæ per infidelitatem mortua dicuntur, habuerit, ut neque sensibus vel artibus immundum aliquid aut mortuum gerat. Quod verò post triginta dies juber eam duci in uxorem, ternario namque ac denario numero fides opusque significatur. Per fidem ergo Trinitatis atque opus legis rectè sociatur. Quæcumque verò anima Israelitæ, corpori felicit Christi adhaerens, illi sine macula, sinceritate fidei, & aetuum puritate. Alii putaverunt hanc mulierem decora specie rationabilem aliquam disciplinam significare, quæ sapienter dicta inventitur apud gentiles. Hanc igitur à nobis repertam oportet primum de ea auferre, & refecare omnem superstitionis ejus immunditiam, & sic eam in studio veritatis assumere. Nihil enim mundum habet disciplina gentilium, quia nulla apud infideles sapientia est, cui immunditia aliqua vel supersticio non sit admixta.

CAPUT XIX.

De eo quid significet secundum è manubrio lapso.

Illud autem quid significat, quod Dominus per Moysen præcepit dicens: *Si quis abiurit cum amico suo simpliciter in sylvam ad ligna cedenda, & lignum securis fugerit manum, ferrumq; lapsum de manubrio amicum eum percutierit & occiderit, hic ad unam supra dictarum urbium fugiet & vivet, ne forte proximus ejus cuius effusus est sanguis, doloris stimulo persequatur, & apprehendat eum, & percutiat animam ejus.* Ad sylvam quippe cum amico imus, quotiens ad intuenda subditorum delicta convertimur: & simpliciter ligna succidimus, cum delinquenti via pia intentione refecamus. Sed securis manum fugit, cum se increpatio plus quam necesse est, in asperitatem prostrabit: ferrumque de manubrio proslit, cum de correptione sermo durior exceedit: & amicum percutit & occidit, qui auditorem suum protulat contumelia spiritu dilectionis interficit. corupti namque mens repente ad odium proruit, si hanc immoderata increpatio plus quam debuit addicit. Sed is qui incaute ligna percurrit, & proximum extinguit, ad tres necesse est urbes fugiat, ut in una earum defensus vivat: qui si ad penitentia lamenta convergus in unitate sacramenti sub sp̄e, fide & charitate absconditur, reus perpetrati homicidiū non tenetur. Quem extinti proximum cum invenerit, non occidit: quia cum distictus judex venerit, qui te nobis per naturam consuetum junxit, ab eo procul dubio culpa reatum non expedit, quem sub ejus venia spes, fides & charitas abscondit.

CAPUT XX.

De Pollutione somni nocturni.

Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus somniis sit, egredietur extra castra, & non revertetur, priusquam ad vesperam laveatur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Nocturnum quippe est somnium, tentatio occulta, per quam tenebris cogitatione turpe aliquid corde concipiatur, quod tamen corpori opere non expletur. Sed somnio nocturno pollitus extra castra præcipitur egredi, quia videlicet dignum est, ut qui immunda cogitatione polluitur, indignum se cunctorum fidelium societatis arbitretur: culpæ sua meritum ante oculos ponat, & ex bonorum se existimatione despiciat. Pollutum ergo extra castra exire est turpi impugnatione laboranti se se ex continentium

comparatione despicer. Qui ad vesperum aqua lavatur, cum defectum suum conspiciens ad penitentia lamenta convertitur, ut flentibus diluat omne, quod amicum occulto inquinatio accusat: sed post solis occasum ad castra redat, qui defervescere tentationis ardore, necesse est, ut iterum fiduciam erga societatis bonum sumat. Post aquam quippe occidente sole ad castra revertitur, quia post lamenta penitentia frigescere flamma cogitationis illicitæ ad fidelium merita praesumenda reparatur, ut jam se a ceteris longe esse non astmet: quia mundum se per afflictum intimi ardoris gaudet.

CAPUT XXI.

De Paxillo ferendo.

IUbetur preterea Israelitico populo per Moysen, ut cum egreditur ad requisita nature, mitiat paxillum in balteo, & effossa humo abscondat quo gesta fuerint. Naturæ enim corruptibilis pondere gravato, ab utero mentis nostra quedam cogitationum superflua quasi ventus gravamina erumpunt. Sed portare sub balteo paxillum debemus, ut vide licet ad reprehendendos nosmetipsos semper accincti, acutum circa nos finulum compunctionis habeamus, qui incessanter terram mentis nostræ penitentia dolore confodiat, & hoc quod à nobis fortidum erumpit, abscondat.

CAPUT XXII.

De quadrageinta flagellis delinquentibus adhibendis.

QUod autem pro mensura peccati quadrageinta flagellis delinquentes argui iustit, jam prædictum est, quod per quadragenarium numerum figura significetur hujus temporis, in quo Ecclesia per quatuor mundi partes diffusa sub Decalogo legi vivit. Quadragenariorum numero delinquentes cardimur, cum in hoc tempore penitentia verberibus flagellamur. Debet ergo quicunque peccator temporalibus flagellis atteri, quatenus in iudicio purgatus valeat inveniri. Beatus enim homo, qui corripitur à Domino. Nulla enim in aeternum animadversio affligere poterit, quos hic penitentia disciplina perculserit. Si enim hic pro peccatis cedimur, illi sine peccato invenimur.

Venerabilis Beda Presbyteri Questionum super Deuteronomium finis.

VENERABILIS BEDÆ
PRESBYTERI, QVAESTIONVM
SUPER LIBRUM JESU NA-
VE, ex dictis Patrum, Dia-
logus.

CAPUT I.

De morte Moysi & principatu Iesu Nave.

Pro mortem ergo Moysi loquitur Dominus ad Josue dicens: *Moyses servus meus mortuus est, surge & transi Jordanem tu & omnis populus in terram, quam ego dabo filiis Israel. Defunctorum est ergo Moyses, defuncta est lex: legalia precepta jam cessant, & obtinet Iesus, id est, Salvator Christus, filius Dei principatus, introducit populum in terram, de qua dicit Dominus: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.*

CAPUT